



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Patientia in tribus cognoscitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

enorum appetitor, si autem ut Christianus non erubescam, &c.

*Patientia in tribus cognoscitur.*

**P**rimo in contumeliis uerbo-  
rum, in quibus benè patientia  
cognoscitur, sicut Gregorius  
dicit. Qualis quisque intus lateat,  
illata contumelia probat. Que  
toleranda sunt tribus de causis. Pri-  
ma est, quia tunc magis uituperat fa-  
cientem contumeliam. Vnde Hiero-  
nymus. A pud Christianos non est mi-  
ser qui patitur contumeliam, sed qui  
facit. Secunda est, quia tunc macule  
illius qui maledicit per linguam de  
tractoris obsteruntur. Vnde Grego-  
rius. Id circa Dominus linguas de-  
tractorum in electos laxat. ut si quid  
in eis elationis surrexerit, lingua de-  
tractoris eradat. multum uilipendit  
Dominus malos, quando de lingua  
eorum facit abstensorium sordium bo-  
nis. Prou. i. t. Qui stultus est seruiet  
sapienti. Tertia est, quia saepa mala in  
bonis opprobria in honorem conuer-  
tuntur, sicut legitur de Dauide. Di-  
xit Dauid cum semel ei malediceret,  
dimitte eum ut iuxta præceptum do-  
mini, si forte respiciat Dominus af-

Gregor.

Hiere.

Gregor

Prou. II

2. Re. 16

CHRISTIANA

flictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hodierna. Vnde Gloffa super hoc dicit. Qui uerborum contumelias pressus uirtutem patientiae seruare non sufficit, factum Domino ad memoriam reuocet. Et Matt. Beati eritis cum maledixerint uobis homines, & direxerint omne malum aduersum uos mentientes, &c. Secundo in molestis corporum. Matt. si quis percussierit te in dexteram maxillam tuam, praebet ei alteram. Tertio in damnis rerum. Matt. Qui uult contendere tecum, & timcam tuam tollere, praebes ei & palium. De hac patientia Apostolus commendat quosdam ad Heb. dicens. Rapiunt bonorum nostrorum cum gaudio scepistis, cognoscentes uos habere meliorem, & maiorem substantiam, &

Patientia duplex.

**P**rima est seruilis, quando quis timore discipline, vel causa erubescientiae sustinet asperitate & disciplinam religionis, & non more dei. Et haec non est patientia, sed dicit Greg. Patientia uera est, que & ipsum amat, quem portat, non tollit, & odisse non est uirtus maliuetodis.